

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## Prothematia in librum psalmorum.

Liber hymnorū vel soliloquiorū prophē  
te de christo incipit.

**V**gus. Liber iste intitulatur apud hebreos liber hymnorū ac ratione, quia hymnus est, ubi habentur verba et latus cum cantico; quod in psalmis inuenitur. Intitulatur etiam secundum quosdam liber soliloquiorū, quod ideo videtur fieri, quia illud quod aliquis secum rimatur; et a nullo dicit nisi a veritate sibi interius præsidente; soliloquium dicitur, verbi gratia, quemadmodū beatus augustinus secum de natura animi et de natura dei inuestigavit; eodem modo post dicti propheta secum inuestigasse de incarnatione filii dei, et de reparatione humani generis.

**R**ex david et prophetā cū prospere regnaret volens cultum dei magnificare, cum archaz a philisteis redditā longo tempore post incertis sedibus vagantem tandem in hierusalem reduceret; nudus cum cythara precedebat sed et quattuor milia virorum elegerat; qui nō solum vocce, sed etiam instrumentis musicis psalmos canerent; quibus preposuit quattuor, asaph, idithū, eman, ethan, ut filios chore; qui a patris scelere vel sacrilegio degenerantes (quem ignis consumpsérat) in cultu dei deuotissimi psterunt.

**P**ie. Psalterium est quoddam musicum instrumentum in modum telthe littere compositū, et ab eo musico instrumento, per quod modulatum fuit presens opus non men sibi sumpsit.

**P**salterium apud hebreos vocatur nablah, apud grecos psalterium, apud latinos vero organum.

Muli dicunt dauid non fecisse omnes psalmos, eo quidam ex ipsis intitulantur in personis aliorū. Sed vt dicit beatus hiero, non sunt audiendi in hoc. Nā dauid compositi omnes psalmos, modis etiam apposuit; in quo multos auxiliatores habuit, quibus prefecit: iij, videlicet eman, ethan, asaph, et idithū. Divino consilio hoc fuit factū: ut psalmi intitularētur in plenis aliis, vel propter interpretationem nominum tantū, vel propter negocium, vel propter vtruncū. Propter interpretationem nominis tantum; et in persona idithū. Propter negocium, et in persona aggei et zacharie. Propter vtruncū, et in persona salomonis.

**I**dithū, asaph, filii chore, et ceteri huiusmodi non fuerunt autores psalmorum, sed prepositi artificibus; quia psalmos personabant tribus modis, vel humana voce, vel musicis instrumentis, vel communiter utroq; modo. Et hoc dupliciter, vel post vocem instrumento, vel post instrumentum voce; unde nomina illorum, ut honorē ministerio sumerent, titulis inscruntur, maxime p significatione rerum. Psalmus vero est instrumenti sonus. Canticum humanū vocis cantus in laudem dei. Psalmi cantici: cum post instrumentum vox. Psalmus cantici: cum post vocem instrumentum.

**S**as. Solet queri cur p alijs scriptis psalmi in ecclesia legantur; qd ideo est, quia antiquitus apud hebreos mos ille in templo dei erat. Vel qr psalmi plus mysteriorum qz ceterae scripture continent, et breuiter multa dicunt, in quibus omnis lex et prophetē et euangelii pstat.

**S**as. Prophetia est inspiratio vel revelatio diuina que euentus rerum vel per facta, vel per dicta, immobili veritate pronunciat, unde prophetia visio, propheta videntes. Multis autem modis hec gratia data est, vel per operationes hominum, ut fuit arca noe, et sacrificium abrae, et transitus maris rubri. Vel per nativitates, ut elau et iacob qui futura significabant. Vel per loquentes angelos, sicut locuti sunt abrae, lotus, et alijs. Vel p visiones, sicut ysaiae et ezechieli, et ceteris. Vel per somnia, sicut salomoni ioseph et danieli. Vel p nubem et vocem te glo, ut moysi. Vel adhuc alijs modis. Dauid autem nullo horum, sed celesti aspiratione int' edocitus spiritu in eo loquente completus est, ut in libro regum, directus est spiritus domini in dauid, et dominus.

si dauid in spiritu vocat eum dominum, quomodo filius eius est. Spiritus autem sanctus sic datus est prophetis ut aliquando pro peccatis recederet, et placatus rediret. Et sicut ait petrus, non voluntate humana allata ē ali quando prophetia, sed spiritus sancto inspirati locuti sunt sancti homines dei. Non sunt autem illi a munere prophetice alieni, quibus data est facultas intelligendi vel interpretandi scripturas.

**H**iero. Multa genera sunt christiorū Patriarche, duci sunt christi, ut nolite tagere christos meos. In parabolis dicuntur christi omnes qui de egypto egressi sunt. Chrismā in exodo fit, unde sacerdotes vnti. Est aliud vnguentum quo reges inunguntur, sed hoc duobus modis, quia si dauid est et salomon, i. fortis manu et pacificus, vngitur cornu. Si hieu et azael lenticula, quod est vas fictile. Sz cyrus rex persarū et medorum qui israel relaxauit, christus est secundum illud, hec dicit dominus christo meo cyro, qd nō sinunt sequentia de salvatore accipi, ut quidam putant. Est vnguentum propheticum quod precipitur belis, ut vngat beliseum in prophetam. Sup omnia est vnguentum spirituale, quod dicitur oleum exultationis, quo christus vinctus ē p participib, qui habet chrisma baptismi, quod si perdat quis non desperet, quia de reparando christinate scribitur in leuitico, qd cum lepra alicuius fuerit mundata, mittat ei sacerdos oleum in manu sinistra, et cetera que ibi dicuntur, et ipse vocetur christus dei, hoc autem restat qd idem homo frequenter vngit, ne sit occasio ruine negligentis. Sufficit enim leproso ut post primum vnguentum perditum vngatur secundo, ille sepe vngitur, qui semper proficit, et de oleo leprosi venit ad vnguentum populi, inde ad sacerdotale, de quo ad christina pontificis, a pontifice ad regem, a rege ad patriarchas a patriarchis ad christum.

**S**as. Sicut prophetia fit diversis modis, ita et diuisis temporibus. Est igitur alia de presenti, ut elizabet, unde mibi hoc ut veniat mater domini z. De praeterito ut moyses. In principio c. d. c. et t. De futuro: ut ecce vgo concipiet z.

Item prophetia alia est secundum præscientiam dei quam necesse est omnibus modis impleri, ut ecce virgo concipiet z. Alia secundum comminationem, ut quadragesima dies et noniue subuertetur.

Notandum igitur qd prophetā aliquando loquitur indiscrete de futuris quasi de presentibus. Aliquando p̄teritis. Aliquando etiam proprie de futuris, quod ideo fit, quoniam dictante spiritus sancto dicit, cui sunt omnia nota sine p̄terita siue futura tanq; presentia.

**R**emigi. Liber iste ex centiquinquaginta psalmis non sine altioris mysterij ratione consistit. Dic enim numerus mysterij celeberrimus. Constat enim ex octogenario et septuagenario quibus ex octenario et septenario principium et significatio est. Octonarius enim octuam resurrectionis significat, quia cum sex sint etates viuentium, septima morientiu, octaua resurgentium erit. Per septenarium vero huius vite tempus significatur qd septem dierum repetitione agitur. Recte ergo tali psalmorum numero liber iste compositus est, quia sic in huius vite septenario operari ac vivere nos docet, ut in octaua resurrectionis stolam glorie consequamur. Vel ideo qd per octonarium nouū testamentū significatur. Octonarius enim octauam resurrectionis significat, quia cum sex sint etates viuentium, septima morientiu, octaua resurgentium erit. Per septenarium vero huius vite tempus significatur qd septem dierum repetitione agitur. Recte ergo tali psalmorum numero liber iste compositus est, quia sic in huius vite septenario operari ac vivere nos docet, ut in octaua resurrectionis stolam glorie consequamur. Vel ideo qd per octonarium nouū testamentū significatur. Octoadi enim patres nouū testamenti deserviunt, obseruantes diē octauam resurrectionis christi, id est, dominicā octauas sanctorum, expectantes octauam resurrectionis mortuorum. Per septenarium vero vetus testamentum, quia hebdomadi, id est, septenario patres veteris testamenti seruerunt obseruantes septimum diem, septimam, septima nam, septimum annum, et quinquagesimū, qui septenā annorum hebdomadibus texitur, id est, iubileum. Und salomon da partes septem, necnon et octo. Bene igitur hoc numero psalmorū liber hic editus ē, cuius ptes vtriusq; testamenti doctrinam et mandata continent.

**A**ug. Item p tres quinquagenas triplex fit psalmorum distinctio, propter tres status christianę religionis